

xa incombustibilis dans fixationis permanentiam, in solutione adhærens, secum stans & perseverans contra ignem: quia sexto necessaria est fixio post purificationem & opportuna.

Septima est Tinctura dans colorem splendidum & perfectum, album & citrinum intensum, dans lunificationem & solificationem rerum transmutabilium: quia septimo post fixationem necessarius est, & ultimus color tingens seu tinctura, colorans materiam conuertibilem in verum aurum vel argentum cum omnibus suis differentijs certis & notis.

Calidius Philosophus de aqua nostra dicit: Est enim ignis, quia omnia comburit & terit, argentum viuum est acetum. Vnde Socrates in Turba dicit: Prima vis est acetum: id est, argentum viuum. Vnde Turba: Si corpus absque aceto super ignem ponatis comburetur. id est absque argento viuo. Turba dicit: Est acetum a-



cerri-